

cesar, quod puer tuus, immo vir Belial¹, pardi varietate vestitus², sicut cunctis fuerit improbus, sic et quibuslibet^a odiosus. Coloratus siquidem maculis fraudisque^b versutus amplo^c in^d omnes ore deseuiet, quia, sicut de urso habebit ingluviem, de leone audaciam, ita et^e de pardo³ pavidio levitatem^f. Set si a^g ceteris^h bestiis seculi quasi saltus bestiaⁱ ipsa dissimilis legitur⁴ affutura, quis^k tam audax fuerit, ut cum eo aggrediatur¹ et certet^m? Loqueturⁿ grandia⁵, persequetur ecclesiam^o, sanctos altissimi conculcabit⁶, et ut brevi^p cuncta concludam, malitie^q eius non erit finis, quia puteum abyssi aperiet⁷ et fumum ad mentes instabiles sue feditatis^r emittet. Habebit enim mel in ore, quo mulceat, set in cauda feret aculeum^s, unde pungat. Finis ergo eius erit valde^s sevissimus, sicut initium humile^t, medium gloriosum. Tu autem claude sermones⁹ usque ad tempora postera^u prefinita, quia velut ignis probabuntur multi, et quasi era in fornace eius ferrea^v conflabuntur¹⁰. Ecce enim squama squame^w et bestia bestie adherebit¹¹, ut nulla detur ecclesie militanti quietis occasio, set laboris. *In mundo quidem^x pressuram habebitis^y*, inquit quidam^{z.12}, set necesse est fideles in eo^a vincere mundi nequitias, qui^b mundum et eius principem virtutis sue potentia^c superavit¹³.

a) 'quibusdam' R. b) 'fraudis' R. c) 'plio' R. d) 'et' B; fehlt R. e) 'et' fehlt B. f) 'lenitatem' V. g) 'et' R. h) 'cunctis' B. i) 'bestia — affutura' fehlt R. k) 'quis (quevis)' R. l) 'ingrediatur' B. m) 'certetur' B; 'conteretur' R. n) 'autem' setzt zu R. o) 'superabit populos' setzt zu B. p) 'in br.' V. q) 'militie' V. r) 'feditatis' V; 'feditates' B. s) 'valde' fehlt R. t) 'humil(is)' V. u) 'posterii' R. v) 'ferrei' R. w) 'scam scame' R. x) 'inquit dns' R. y) 'habetis' V. z) 'inq. quid.' fehlt hier R. a) 'in eo fid.' R. b) 'qui et' R. c) 'potentiam' B.

1) 2. Reg. 16, 7. 20, 1. 2) Die Sib. Erithea sagt von Friedrich II., N. A. XV, 164. XXX, 332: 'cuius color sicut pardi (pardus)'. 3) Vgl. Apoc. 13, 1: 'Et bestia, quam vidi, similis erat pardo, et pedes eius sicut pedes ursi, et os eius sicut os leonis'. 4) Dan. 7, 7: 'bestia quarta terribilis atque mirabilis . . . dissimilis autem erat ceteris bestiis'. 5) Dan. 7, 20: 'habebat oculos et os loquens grandia'. 6) Dan. 7, 25: 'sanctos altissimi conteret'. Vgl. Salimbene f. 220^b, p. 31. 7) Apoc. 9, 2: 'Et aperuit puteum abyssi, et ascendit fumus putei'. 8) Apoc. 9, 10: 'et aculei erant in caudis earum'. 9) Dan. 12, 4: 'Tu autem, Daniel, claude sermones et signa librum usque ad tempus statutum'. 10) Ezech. 22, 22: 'Ut conflatur argentum in medio fornacis'; Jerem. 11, 4: 'qua eduxi eos . . . de fornace ferrea'. 11) Ezech. 29, 4: 'universi pisces tui squamis tuis adhaerebunt'. 12) Joh. 16, 33. 13) Joh. 16, 33: 'ego vici mundum'; cf. 1. Joh. 5, 4. 5.